

1639 ię 23. Julii.

Ex MS. Ofsoliniensi

285

Universales Littere ad Viltinenses. &
Vladislaus IV. Rex Poloniae & Universis et
Singulis quorum interest praesertim Consiliariis ac toti
Militari Statui Districtus Viltinensis Fideles Nobis
dilecti gratiam nostram Regiam. Cum nihil antiqui
us nobis fuerit post Regnum et Ditiones nostras
paci, et tranquillitati restitutas, quas eadem in
quiete et Securitate, armis legibusque partas
conservare. Insolens sane et molestum, nobis accidit
aliquod clandestino aut privato usu intentari quod
quietem publicam, magnis laboribus Sumptibus
que partam Suspicionem violare, aut vi et terro-
re inquietare possit. Itaque praeter Spem, et opi-
nionem nostram recentibus Illustrissimi Palatini
Vilnensis Generalis Exercituum Magni Ducatus
Lithvanie litem ad nos perlatum est, turmas
quasdam equitum peditumque nullo publico
consensu sub Ductu ajsdam colonelli Bodd, dicti
transmisso, Duna fluvio in vicina Livoniae ora, hostili-
ter grassari. Quae res cum magnam Secum indigni-
tatem affert, et in juris nostri Regij et Reipue
praesudicium vergere videatur, negotium Pedimus
illustrissimo Generali Exercituum Duci, ut reposita-
rum orum incerta fide Senio in tantae novitatis
et insolentiae famam ac veritatem requirat pro-
que muneris sui officio operam Det, ne quid vel
periculi vel detrimenti confinia Ditionum nostra-
rum patiantur, sive a Dubie et insperate militiae
consiliis armisque, sive ab aliis ansam speci-
emque injuriae, vel hostilitatis ab alieno maleficio
sortes questuris. Quare fidelitatibus Vestris edicendum Du-
cimus presentibus Litteris nostris ut quamprimum
a Generali Exercituum Duce De periculo et Disci-
mine

95
miję
D.

Discrimine admoniti, fuerint, eidem sese absque
mora armati adjungant, et periculum commune
maturatis consiliis viribusque propulsent, ea tamen
cautione, ne Limites Livoniae inducus Descriptas
transeat, aut Suetias partibus vim injuriamque
inferant, sed fines tuendo soli Defensionis ac se-
curitati Domesticae invigilent, atque incumbant
Summaque ope provideant, ne aliquid in Da-
mnum et periculum Provinciarum et Subditorum
Nostrorum penetrare usquam possit. Ad quod
Tametsi fidelitates Vestras innata loci et Disci-
minis propinquitate excitare ultro amor Pa-
triae popet, Nos tamen admonendus officij eas-
dem spe censuimus, ne rem Presidium a felen-
tate poscentem, cunctatione aliqua in periculum
coniciat, Sed Nostros ac Reipublicae propriaeque
Securitati invigilent, Quod eas pro Officio suo Ser-
vity bellici et gratia nostra facturas Non du-
bitamus Datum Olesburgi 23 Julij Anno
1639.